

CAPVT XI.

Renuntiat regni Israëlis excidium, ad-
Pducens beneficia, quæ Israëli Dominus ^{Prophetæ}
 olim contulerat. quæ, quia Israël conté-
 psit, excidium passus est. Secundò, Deus, velut
 pœnitentia motus, prænunciat fore, ut pars
 quædam Israëlis reuertatur, & ad cultum
 Dei, & ad patrios lares.

ICVT mane transit: pertransit
 Rex Israël. Idest, pertransit Rex in
 Israel, amplius non erit rex in Is-
 rael. Rex Israëlis nunquam erit. ut
 enim diluculum transit, & per totum diem
 non redit: ita nunquam redibit Rex in Israel, ^{De hoc saepe}
 Ergo non est mentio de solo Oseæ filio Ela, ^{pra. 1. 2. 3.}
 qui regno priuatus est: sed de Rege in vniuer-
 sum, quod regni authoritas ab Israële trans-
 ierit. ¶ Nota Hebræis nunc legi, in mane
 transiit at tempore 70. interpretum, & Hie-
 ronymi legebatur, sicut mane est enim gran-
 dis similitudo literæ b. 70. Inter-
 pretes. ^{Hieron.}
 c, quæ significat in, &
 c, quæ significat sicut.

Qui apud Israël, & dilexi eū. 2. ex Aegypto
 vocavi filiū meū. 3. Vocauerunt eos. Sic abie-
 runt a facie eorum: Baalim immolabant: &
 simulachris sacrificabant. 4. Et ego quasi nu-
 tritus Ephraim portabam eos in brachijs
 meis. 5. & nescierunt, quod curarem eos. 6. In
 vinculis Adam traham eos in vinculis chari-
 tatis. 7. Et ero quasi exaltās ingū super maxil-
 las eorum, & declinans edēū, ut vesceretur,

Sensus